



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786**

**VD18 90119347**

§. 24. Augusti III. Poloniæ Regis decretum contra duos Regulares.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII. „stra omnibus Confessariis præcipimus  
A. C. 1735. „ne pœnitentes propter hoc juramen  
 „tum sub prætextu commissi perjuri  
 „molestare , aut eis absolutionem de  
 „negare præsumant , sed potius salub  
 „riter hortentur , ut remedia salutis  
 „adhibere , & publicam quietem pro  
 „movere adlaborarent. Hoc nostrum  
 „mandatum a Collegiorum & Conve  
 „tuum Superioribus in eorum Capitu  
 „lis prælegatur , atque exakte observe  
 „tur : utque illud ad omnium notitiam  
 „perveniat , mandamus , ut illud a no  
 „bis subscriptum , nostroque sigillo mo  
 „nitum ad Ecclesiæ valvas affigatur  
 „Datum Varsoviæ in nostro Palatio  
 „Episcopali die vigesima secunda Apri  
 „lis anno 1735“.

*Stanislaus Episcop.*

#### §. XXIV.

*Augusti III. Poloniæ Regis deci  
 tum contra duos Regulares.*

Inter quatuor illos Theologos , qui Re  
 mæ præfatam Consultationem edide  
 rant , præcipuus erat Pater Guarinius  
 Jesuita , quem Pontifex Romæ in Pro  
 fessorum Domo ad petitionem Gallici  
 Oratoris & Zaluski , qui Stanisla  
 Emissarius erat , custodiri præcepit .  
 qui



qui tamen deprecante Imperatore & Sæc. XVIII.  
A. C. 1735.  
Cardinale Cienfuegos Roma Viennam contendere permisus , ibidem subsistere jussus est , donec aliter a S. Sede decerneretur. Minus benigna fors arridebat P. P. Arcellio & Salarotio clericis Regularibus Theatinis , qui Stanislai partes improviso studio tuebantur , ac propterea ab Augusto III. Ponorum Rege Varsovia , cunctisque Poloniæ ditionibus excedere compulsi sunt. Hujus sententiae æquitatem idem Rex vindicare nitebatur , edito hoc decreto.

„Cum Augusto III. Poloniæ Regi „bene visum fuerit , Patribus Arcellio „& Salarotio Theatinis præcipere , ut „Varsovia & demum omnibus reipubli- „cæ Statibus abirent , idem Rex æquas „hujus arrepti consilii rationes manife- „stare , necessarium duxit. Igitur P. „Arcellius anno millesimo septingente- „simo trigesimo tertio circa tempus , „quo generalia Regiæ electionis comi- „tia essent habenda . Varsoviam venit , „& Primi demandatae suæ facultatis „literas a Rege Hispaniæ datas tradi- „dit , quibus Catholica sua Majestas „hunc Regularem suum apud Poloniæ „Rempublicam Oratorem declaravit us- „que ad novi Regis electionem. Pau- „lo post hic cum alio Theatino nomine

H 5                    „Patre

Sæc. XVIII., Patre Salarotio arctam init amic.  
A.C. 1735. tiam, & ambo Religioso charactere  
abutentes, & præcipue Pater Arce-  
lius sese cūjusdam Magni Principis  
Legatum' jactitans, nullum non mo-  
vebant lapidem, ut Stanislai Lescine  
ki caussam efficaciter promoverent,  
clandestinas Marchionis de Monti at-  
tes juvarent. Proclamato Stanisla-  
Primas nomine Ordinum Reipublica-  
responsorias ad Hispani Regis litera-  
impositæ legationis testes Patri Arce-  
lio tradidit. Ab eo autem hic Reli-  
giosus nec publico nec privato Hispa-  
ni Oratoris charactere vestitus credi-  
batur, prout ipsem fassus est, cen-  
suitque, suam legationem penitus ex-  
spirasse. Nihilominus usque ad elec-  
tionem Regis Augusti III. Varsovie  
substitit, eodemque pede, quo cre-  
pit, incessit, turbas concitavit, & in  
favorem Stanislai varias artes adhi-  
buit, & cum factionis hujus affectu  
epistolare commercium fovere, eos in  
sua obstinatione ad constantiam fin-  
mare, bene affectos inspiratis perva-  
sis consiliis, & frivolis promissionum il-  
lecebris decipere, clandestina ac illi-  
cita conventicula in suis aliorumque  
ædibus habere non destitit. Huius  
quoque in omnibus suis machinatio-  
nibus egregie opitulabatur Pater Sa-

laro

„larotius. Denique eorum agendi ra- Sæc.XVIII.  
„tio in licentiam minime tolerandam A.C. 1735.  
„degenerabat. Ipsam quoque sacra-  
„tam Regiæ Majestatis Personam ver-  
„bis petulantibus ac seditiosis impete-  
„bant, adeo debitæ erga hunc Princi-  
„pem ac Reginam ejus conjugem vene-  
„rationis obliti, ut pro iis consuetas  
„preces fundere detrectarent, quinimo  
„quamvis omnes hujus Regni Ecclesia-  
„stici, dum Reginam uterum gestare  
„promulgabatur, orationem pro felici Sere-  
„nissimæ Reginæ partu persolverent, si que  
„debiti partes exakte adimplerent, ipsi  
„id facere recusarunt. Hoc petulans  
„facinus, ut Rex ulterius dissimulet,  
„haud æquum quidem videbatur, mode-  
„ratione tamen adhuc uti voluit, ac  
„etiamsi suam indignationem exercen-  
„di æquissimas habuisset caussas, suæ  
„tamen justitiæ rigorem suspendit. Eo  
„fine Romam datis ad Superiorem Ge-  
„neralem Theatinorum literis eidem  
„significavit, quam graviter hi Reli-  
„giosi Regiam suam Majestatem sua  
„agendi ratione offenderent, & quam  
„urgentes rationes essent. ob quæs  
„Rex haud ultra ejusmodi attentata  
„non minus periculosa, quam bono  
„publico, & Regni tranquillitatil noxia  
„tolerare posset. Quapropter Genera-  
„li pariter significabat, quod quidem  
„gra-

Sæc. XVIII. „graviores, quas promeruissent poenitentias  
A.C. 1735. „de eis sumere nolle, illos tamen  
„Polonia excedere jussisset. Idem Ge  
„neralis rationes Regis edoctus, en  
„esse æquissimas censuit, & sine hæc  
„tatione judicium Regiæ suæ Majestatis  
„ratum habuit, ejus moderationem  
„summopere admiratus. Igitur pro  
„ter hæc nunc exposita Rex per  
„suos Officiales Patribus Arcellio  
„Salarotio præcepit, ut quantocumque  
„Varsovia, & sine mora e toto Re  
„excederent: Huic mandato  
„prompte obedirent, Rex ex innata  
„sua clementia eis de plena securitate  
„prospici jussit, ut usque ad Brandenburgicas  
„ditiones tuto pervenire possent &c“.

## §. XXV.

*Clemens Papa multiplici fastidio  
affectus.*

Hæc dum in Polonia gerebantur  
multa alibi summo Pontifici ha  
parum molesta accidere; vix enim  
Clemens cum Hispaniarum Rege ples  
reconciliatus credebatur, cum non  
turbarum semina succrescerent: Pro  
primis enim Segoviæ prohibitarum  
mercium negotiatores ad quoddam  
præsatæ Urbis Monasterium merces fu  
fecerunt.